Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Junius

Florentia vero femina illustrissima corpus sanctorum colle
git et in loco qui dicitur Marianus condita aromatibus
sepeliuit. Aput Messanam sancti Eleutherij? qui sub Maxi
miano preside martirio coronatus est.

E xv Aput urbem Vesuncionem sanctorum Ferreoli presbiteri 167
et Ferrucionis diaconi qui a beato Hyreneo Lugdu
nensi episcopo et martire ad predicandum verbum dei missi
sub Claudio iudice a eculeo extenti et flagel
lati sunt. Deinde in carcerem retrusi mane amputa
tis linguis predicabant verbum dei. Post hoc subule
xxx manibus infixe utrisque et pedibus et pectore.
ad ultimum gladio feriuntur. Et in ciuitate Magu
cia passio sanctorum Aurei episcopi et Iustine sororis eius
qui ab Hunis vastatoribus predictam ciuitatem in ecclesia
occisi sunt. Item in Antiochia sanctorum Cirici et Iulitte
matris eius qui post puer post plura dira verbera etiam calcem
cum aceto et sinapi in os accepit. Deinde clauis
pit confixi ... cum lassis oculis tamen teti sunt. Post
hec decaluati et excoriati super carbones in igne
lecto ereo assati sunt. Ad ultimum serris attriti am
putatis linguis mox sui cursum abtruncacione capitis
impleuerunt. Passi sunt cum eis et alij quadringenti
quatuor. Eodem die deposicio sancti Alexis confessoris.

G 9 Rome sanctorum militum ducentorum lxij qui positi sunt 168
via Salaria vetere ad cliuum cucumeris. Eodem
die Waltmari confessoris admirande sanctitatis viri et
religiosi. In ciuitate Namnetis sancti Similia
ni episcopi. Lugduno deposicio sancti Aureliani episcopi
Arelatensis. Aput Viennam Domnoli episcopi.
In Aurelianis ciuitate sancti Auiti presbiteri et
monachi cuius vitam miraculis coruscabat. Hic
inter alia sancta quendam monachum defunctum tercia